



**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De pauperibus: & quòd ab iis se auertere, aut eos contemnere non  
oporteat. cap. xxxvii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

Versutia, suspicacitas, diffidentia, malignitas, insidiandi studium, ac temeritas & ab. EA  
d. Oia, male atque improbande vita & fatus sunt.

*Hom. ad. Vers. irasc.* Ne tantum malum nobis ipsiis inuehamus, hoc est, anima & morbum, rationis obscuratio-  
nem, à De ab alienationem, propinquorum ignorationem, belli initium, calamitatum cum-  
mulum, prauum demonem in animis nostris nascentem, ac velut impudentem quendam  
inquinilum, pectoris nostri penetratia occupantem, & spiritui sancto aditum precluden-  
tem. Etenim ubi inimicitiae, contentiones, iracundiae, similitates, conflictiones, tumultus  
in animis cicer non intermittunt, illic spiritus lenitatis minime requiescit.

*Hom. ad. Vers. e-* Antis fitis alacritatem praecedentium laborum sterilitas retundit. Si quidem & agriculto-  
la, primis seminibus minime enatis, ad idem aruum denud conserendum seignior redditur.

Omnino, non audientem dicto esse, multorum & grauium malorum radix est. Rebella- G  
re ac reluctari, ingentium malorum argumentum habet. Fidei enim morbum prodit, spei  
vacillationem, morum tumorcm atque insolentiam. Neque enim quisquam contumacem se  
praeberet, nisi prius monitorem improbarit. Nec rursus, qui Dei pollicitationibus fidem ad-  
hibet, firmamque in ipsis fidem locat, quamvis dura & laboriosa sint, qua imperantur, ad  
ea tamen unquam animo deficit.

Reluctatio imperiosam quandam animi insolentiam atq; contumaciam arguit: etiam si  
alioqui sub humilitatis specie fiat.

Varius & artificiosus sermo, multosque nexus ac multam structuram habens, mille  
formas assumit, atque innumeras conuersiones suscipit, subinde nimirum ad eorum, qui ad-  
sunt, plausum gratiamque sese immutans.

Morum varietatem ac multiplicitudinem fuge. Varius serpens est: ac propterea ita mul- H  
ctatus est, ut ipsi serpere neesse sit.

*Philonit.* Impudens aspectus, & pendula ceruix, ac continua superciliorum agitatio, & super-  
bus incessus, & nulla ex re turpi rubore affici, foedissimi animi indicia sunt, obscuras pro-  
lorum suorum formas in conspicuo corpore insculpentis.

De perseverantia, & perseverantibus: & quod fides & benevolentia  
seruanda sit iis qui praecesserunt. C A P. XXXVI.

*Ecli. 22.* IDEM posside cum amico in paupertate illius: vt & in bonis illius læte- I  
ris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate  
illius cohæres sis. Tecto excipe alienum: & peruerteret te in tumultu, &  
ab alienabat te à bonis tuis.

De pauperibus: & quod ab iis se auertere, aut eos contemnere non  
oporteat. C A P. XXXVII.

*Ipsal. 9.* LAMOREM inopis & egeni exaudiens Dominus.  
*13.* Factus est Dominus refugium pauperi. Non est oblitus cla-  
mores pauperum. Non in finem obliuio erit pauperis: pa-  
tientia pauperum non peribit in finem. Dum superbit impius, K  
inceditur pauper. Tibi derelictus est pauper. Desiderium pau-  
perum exaudiens Dominus. Consilium inopis confundit:  
*21.* Dominus autem spes eius est. Edent pauperes & saturabun-  
tur. Iudicabit Dominus pauperes populi: & saluos faciet filios pauperum.  
*39.* Cognoui quia Dominus faciet iudicium inopis, & vindictam pauperum.  
*Pro. 17.13.* Paupertas virum humiliat. Qui aspernatur pauperem, peccat. Pauper non  
sustinet minas. Qui calumniatur egentem, ad iram prouocat factorem eius.  
*14.* Pauper etiam ab amico deseritur. Humiles antecedit gratia. Omnia ope-  
ra humilis manifesta sunt apud Deum. Omnis, qui pauperem amicum odit,  
ab amicitia longè est. Melior est pauper iustus, quam diuca mendax. Ne vim  
afferas

A afferas pauperi; pauper omnis est. Ne, cum pauper sis, conferas te cum homine locuplete: cogitatione autem tua abstine. Melior est pauper, qui ambulat in veritate, quam diues mendax. Sapientia pauperis nihil penditur: & sermones eius non audiuntur.

Si videris caluminias egentium, & violenta iudicia, & subverti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia ex celso excelsior est alius.

Et paucentur primogeniti pauperum: & pauperes fiducialiter requiescent. Dominus fundavit Sion: & per ipsum salui fient humiles populi.

B Humilis deceptus est: insuper & arguitur. Locutus est sensato: & non est datum ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt: & verbum illius usque ad nubes perdident. Pauper locutus est: & dicunt, Quis est hic? Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & non discedet, donec Altissimus aspiciat. Melior est vietus pauperis sub tegmine afferum, quam epulæ splendidae apud alienos. Non iustum est aspernari pauperem prudentem. Sapientia humiliati exaltabit caput eius: & in medio magnatorum confedere illum faciet.

*Pauertate laborare minime turpe ac probrosum est: verum a quo animo pauertatem non ferre.*

Cum in egestate versaris, o homo, aeto animo esto: quia te Lazari bona exceptura sunt.

C Ne ob pauertatem desperatione afficiaris: nec, quia nihil in praesens habes, quod preclarum & expetendum sit, idcirco bonam omnem spem abicias: verum animum tuum ad eorum bonorum cogitationem subuehe, que iam tibi a Deo contigerunt, & eorum item, quae per pollicitationem in posterum tibi recondita sunt.

*Nullam ignominiam pauertas affert.*

*Pauertas libere loquendi facultatem adimit.*

Hac una re nos pauperes diuibus prestanis, nempe animi securitate: & quia eos insomnem noctem ducentes irridemus, ipsi dormientes: & eos, qui curis se se conficiunt & exedunt, cum ipsis sine cura simus, atque animi remissione fruamur.

D Pauper es? Ne propterea mœstus sis. Etenim immodica misericordia peccati causa efficitur, mœrore videlicet mentem submergete, ipsisque præ anxiate, consiliique inopia vertiginem afferete: consilij autem inopia, animique perplexitate ingratitudinem pariente. Qui d enim? An eam, in qua versaris, angustiam Deus non cernit: qui cibum quidem manibus tenet, verum ea mente largiri cunctatur, ut animi tui firmitatem exploretes?

E Paupertas, si verisimile loquendum est, omnibus deliciis & oblectamentis prestabilior est, ipsis quidem qui mente prediti sunt.

Quid imbecilli atque abiecti es animo, o homo, quod equus tibi non est argenteo frano insignis? At Solem habes oxyssimo cursu per singulos dies tibi præluculentem. Argenti & aurifugorem non habes? At Lunam habes clarissima sua luce te collustrarem. Non auro contextis curribus veheris? At pedes habes, hoc est aptum vehiculum, tibique innatum. Quid igitur eos beatos predicas, qui, cum plenum mansuum habeant, alienis tamen pedibus ad incedendum opus habent? In eburneo lecto non dormis? At humum habes, multo labore præstantiorem, dulcemque in ea quietem, ac celerem somnum, curaque vacuum. Non sub aureis laquearibus accumbis? At cœlum habes siderum pulchritudine, sermonem omnem superante, undeque collocens.

Nihil apud Deum magnum atque amplius censetur, quod non pauper quoque dare potest.

Si quis inopia conficitur, Deum pro opibus habeat: & diutes atque copiosos irrideat, ut qui semper quidem acquirant, semper autem inopia laborent, ut poterit pluribus indigentes: ac bibant, ut maiore siti flagrarent.

Melior egestas improbe partis bonis,  
Ut sanitate morbus haud laudabili.

Opibus carenti nil viro securius.

Spes namque cunctas in Deo fixas tenet.

Egere durum est: peior at census malus.

In Teraſt

Ibid.

In Iamb.

Z. iiiij

D. IOANN. DAMASCENI

*Chrysost.* Pauper mutationem non extimescit. Quod si etiam aduersitatem accidat, facile id est, ut qui per egestatem philosophari iam, patientiamque præstare assuerit. Dives contrà non modo mutationem aliquam perferre nequit, sed, vel si duntaxat eam exspecter, ridiculum se prebet, anxietate nimis laborans, & indignè ferens, ac vitam quavis morte acerbiorum ducens. Et quemadmodum qui in mediterranea regione educati sunt, si vel solum in portum descendenterint, atque in nauem ascenderint, in summa animi anxietate ac molestia versantur graibusque tenebris obfessi, cuncta circumagi putant, cum contraria qui maria multa peragrarunt, ne imminente quidem naufragio facile perturbentur, ut qui natandi perit sint, atque impendens periculum evitare possint: eodem modo etiam in diutibus & pauperibus visa venit. Etenim locupletes & copiosi homines, ne leuem quidem mutationem strenuo animo excipiunt, verum patientie expertes sunt, ut qui in luxu ac delicijs perpetuo vivant. At pauperes, ut qui multos fluctus peragrarint, ac multorum naufragiorum periculum fecerint, ad omnia firmi atque immoti manent, ac tempestates omnes indubio habent. Nec vero hoc duntaxat admirandum est, quod mutations forti ac generoso animo ferant: sed quia ne facile quidem in eas incident. Ecquis enim pauperi negotium facessere in animum inducat, cum ab illius paupertate nihil commodi percepturus sit?

*Paupertas  
Dei larva  
est.  
Euagri.* Qui paupertatem studiosè coluerunt, ad Deum semper appropinquant. O quanta paupertatis dignitas est! Dei velut larua efficitur. Delitescit enim sub paupertate Deus. Ac pauper quidem est, qui supplicem manum protendit: Deus autem est, qui accipit.

Peregrinus & pauper, Dei sunt collyrium. Qui eos excipit, confestim visum recipiet. H

De filius: & quod eos parentes metuere, atque honore afficere oporteat.

C A P. XXXVIII.

*Exod. 20.*

ONORA patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram. Vnusquisque patrem suum & matrem timeat.

*Deut. 5.*

Honora patrem tuum, & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: vt bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus datus est tibi. I

*Prov. 1.*

Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuae: vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

*Hier. 35.*



Audi patrem tuum: & ne contemnas matrem tuam, cum senuerit. Filius sapiens glorificat patrem.

*Ecli. 3.*

Pofui coram filiis domus Rechitarum scyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos, Bibite vinum. Qui responderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab pater noster præcepit nobis, dicens, Non biberis vinum vos & filii vestri usque in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut viuatis diebus multis super faciem terræ, in qua peregrinamini. Obediuit ergo voci Ionadab patris nostri, ita ut non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filii & filiae nostræ. Idcirco hæc dicit Dominus: Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis: non deficit vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis. Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis sua exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parientes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à Deo. Benedictio patris